

tam artificioxa & pulcra. quod uidentur esse alicuius imperatoris/ hic ueniunt optima vina hinc ducuntur confectiones perfecte & per hunc modum simul gaudendo uadunt homines illi per istum lacum. nam eorum mens & cura nullis alijs est intenta quam ad corporum delectationem & gaudium insimul conuiuando & noueritis quod iste lacus eis est ad maiorem consolationem & solatium quod aliquid aliud/ gentes adorant ydolla monetam habent de cartis & sunt sub dominio magni can comedunt omnes carnes canum & generaliter omnium animalium & sunt|

sexaginta mille custodes|

44<sup>r</sup> sexaginta mille custodes qui custodiunt ciuitatem ab igne quia habent quam plures domus de lignio & ista ciuitas est capud & sedes totius prouincie manci. & ideo preminentior & magis solicita pretenditur curra in ipsa/ item per totam ciuitatem istam solubrice id est saleçate sunt omnes uie & strate de lapidibus & lateribus & similiter saleçate sunt omnes uie & strate prouincie manci Et in ista ciuitate sedet unus ex nouem regibus qui pluribus centum & quadraginta ciuitatibus dominatur multum diuitibus & magnis de quo ualde miraremin[i] quoniam in prouincia manci sunt bene Mille & ducente ciuitates in qualibet quarum secundum quantitatem & requisitionem cause earum est [custodia] per magnum can nam in aliquibus sunt mille homines in aliquibus x<sup>m</sup> in aliquibus xx<sup>m</sup> in aliquibus xxx<sup>m</sup> plures & pauciores secundum condicionem terrarum & potentiam earum comburunt funera mortuorum consanguinei pro habitu doloris canapum induuntur & uadunt cum funere secum ducentes instrumenta multa & diuersa pulsando & in *mores illorum gentium.* cantibus ydolorum orationes clamando Et cum ad locum peruerint ubi combustio debet fieri fatiunt in cartis depingi sclauos videlicet seruos masculos & feminas gamelos drapos aureos & peccuniam in maxima quantitate Et cum ista omnia facta sunt grandem statuentes ignem ipsa fatiunt cum funere simul comburi/ dicunt enim quod defunctus omnia ista in alio seculo posidebit/ dicunt etiam quod honor quem ei faciunt cum corpus comburrunt ei in alio seculo ab eorum dijs & ydolis impendetur. & propter fidem huiusmodi de morte non metuunt 44<sup>v</sup> neque curant. dum modo eis honor ut predictur exhibeat[ur]. in ea firme credendo in alio seculo similiter honorari/ sunt itaque homines prouincie manci pre alijs gentibus iracundi & pre ira & dolore ipsimet quam pluries aliqui se occidunt. nam si accidet quod ex ipsis aliquis alteri alicui i[m]primat alapam uel ipsum decapillet aut aliquam sibi inferat iniuriam & grauamen. & iniuriator sit tan potens & magnus quod ille sit impotens ad uindictam pre nimio dolore passus iniuriam se de nocte ad portam iniuriatoris suspendet & morietur. hoc sibi faciens ad maius uituperium & contemptum & sit\* reperto iniuriatore per testimonium uicinorum ad restaura-

\*Read: sic